Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

179.

De sede Ducum Meraniæ Koskmannus diss. de orig. Fund. Stams p. I, c. 1. Interim autem et hoc noto, istam vicinam Meranensem forte continuam horum Ducum sedem non fuisse; cum primus statim Bertoldus Forum Anziontanum ex altera Amipa versus Hœltingam situm in obversam, ubi modo est Anziens Archiducum Regia transtulisse et. Lieterim totius ~~Pro~~ provinciæ, ~~locus præcipuus Meran. et forsitan omnium Ducum sed~~ ~~principium~~ locus præcipuus Meranum fuerit; frequentius famen Dues Meraniæ in Anivalle, sive Tauri, sive Anziente, ~~quam~~ morator fuisse existimo, quia hac in vicinia plura bona propria possederunt. ~~Cæterum ex eo, quod perpauca, aut forte nulla, Ducum Meranensium diplomata Meraniæ data legantur, minime sequitur, eosdem a~~

9) Cl. Frœlichius Archiep. Carinth. p. II, c. 4, allegat Kettenpacheri Annal. Gemifan. ubi l. 2, c. 12 ~~in~~ in diploma Confirmationis privilegiorum memoratur Marchio Bertholdus de Istria, et filius ejus.

10) Leutnerus Hist. Westfaliæ sec. V, c. 4, ex tabulis domesticis hæc ita narrat: Anno 1187. sub Friderico Barbarossa Henricus Comes de Tirol pro remedio animæ suæ, fratrisque sui Bertholdi donavit S. Petro liberaliter vineam territorii Rufiani in loco, qui sub dosso vocabatur, eamque sine omni censu possidendam tradidit, pro censu vero seu pensione inde solvenda designavit aliam suam vineam in propinquo sitam, ex quo census illa penderetur, ut nos omni onere liberaret. Donationem firmaverunt testes nobiles ac vigenti Hetzil, Henricus, Albertus: præterea Henricus et Marquardus ex ministerio Comitis. Hac donatione non contentus Henricus Comes alium adjecit agrum prope castrum proprio nomine Tirol appellatum, eumque iterum omni censu liberum voluit, alio ejusdem territorii fundo in ejus locum substituto, ut nobis omni molestia exemtis ipse Comes ex proprio onus allevaret.

11) Gentilottus in Addit. ad Ughelli, t. V in Epp. Tridentinis. ~~An. 1182~~ In diplomate Cæsareo testes sunt Rudolfus Imperialis aulæ Protonotarius. Albertus Tridentina Ecclesiæ Vicedominus. Magister Romanus. Henricus Advocatus (nempe Teriolensis Comes). Henricus Comes de Eppan et Henricus nepos ejus Henricus de Arcu. Ribaldus de Ganiago. Rudegerus et Arnoldus de Livo. Thuringus de Eppan. Katelogus de Wineck. Rudolfus Imperialis Camerarius. Engelhardus de Winsperg.

1 Acta sunt hæc Anno Domini 1182 — Datum V. Kalendas Indict. IV. 5. Id. Februarii feliciter amen.

12) Apud Meichelbeckium Hist. Fris. t. I, p. 1, p. 370: In nomine S. et Individuæ Trinitatis. Ego Adilbertus Dei gratia Frisingensis Episcopus notum esse volumus tam præsentibus, quam futuris, quo pacto Advocatiam bonorum nostrorum, quæ habemus tam nos, quam nostri, in montanis, in Episcopatu scilicet Brixinensi, et in Episcopatu Tridentino, et in Episcopatu Curiensi, concessimus Bertoldo Marchioni Istriæ et filio ejus Dalmatiæ, Croatiæque Duci et. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXXII.

13) Gewoldus Add. ad Hundii Metr. Salisb. t. II in Alderbach affert diploma Friderici I Imp. in quo testes sunt Rugerius Ko-